

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Reden und Arbeiten der Societas Latina - Cod. Karlsruhe 3420, 1-4

57 Reden der Societas Latina - Cod. Karlsruhe 3420,3

Molter, Johann

[Karlsruhe], 1783-1800

[Herbst, Christian Philipp]: Revaledictio. Ad sodales in Academiam
profecturos habita, 22 März 1800

[urn:nbn:de:bsz:31-99849](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-99849)

Revaldictio.

Ad Sodales in Academiam profecturos

habita a Ch. Ph. Herbst

XXII Mart: 1800

Uideo magnam esse in rebus humanis inconstantiae vim
 ut nihil fere usquam stabile sit atque perenne, non
 singuli modo homines, sed familiae atque gentesque
 universae experiuntur. Rapido temporis fluxu cuncta
 volvantur, mutantur, transformantur. Alia continuo
 illis succedunt, ac novam semper rerum faciem con-
 tinentur. — Ne ipsa quidem amicitia, qua nihil omnino
 in vita hominum suavius est atque divinius, hiisce
 vicibus caret. Qui modo conjunctissimi fuerant, in
 animos sese invicem induxerant, summa caritate se
 complecti erant, ingruente aliquo casu subito saepe
 dissociantur. Cujus rei tristia documenta his diebus
 edita sunt, quibus lues, in infantulos immaniter grassata,
 plurimis parentibus, liberos abstulit, in quibus unicam
 spem, omneque sibi gaudium statuerant. Atque est

ea fere communis hominum conditio, ut, postquam famili-
 aritatem contraxerint, et per aliquod tempus aluerint,
 varia forte huc illuc dispergantur. Jamque simili
 quiddam nobis coenit. Una adhuc, loci carissimi,
 hic versati sumus, studiorum similitudine, imprimis
 hoc litterario, eoque dulcissimo sodalibus conjuncti,
 mutua consuetudine et commercio laeti. Imperat
 nunc necessitas, uti alii alio secedant. Sane ad
 comodum vestram, ad augmentum scientiae vestrae
 ad comparandam externorum quoque morum cogni-
 tionem, spectat haec loci ac coeli mutatio.
 Sed nobis grave accidit et acerbum, e medio ac
 velut e sinu nostro, Vos dimittere. Confisus libe-
 raliū doctrinarum, quibus abande imbuti et
 instructi estis, efficaciam, super sedes longiore ad-
 monitione. Paucula, ut res porciat, haud omitam.
 Ponite Vobis constanter ante oculos, quae sunt Vobis
 tradita, secura sanctaque morum et religionis prae-
 cepta; atque salutem vestram unice in eorundem

diligentis ^{mo} obsequio positam esse, cernite. Fugite
 praevos istos et stultos adolescentes, qui per otium et
 luxuriam tenent tempus, excolendo ingenio poliendoque
 moribus distinatum, et nihil praeter inscitiam ac
 feritatem referunt. Ne imitemini exempla eorum,
 qui, inter musas degentes, ~~omnia~~ omnia sibi licere,
 sequae honesti rectique lege, qua vel maxime ob-
 strictos esse oportebat, quasi absolutos esse putant.
 Avocate animum ab inanibus et frivolis rebus, ad
 utilia atque severa. Ita denum bonis omnibus
 Vos adprobaturi estis, - ita cum vera laude, cum
 parentum et propinquorum gaudio in patriam ali-
 quando redituri. Servate et augete decus, quod
 apud nos diligentia et recta vivendi ratione Vobis
 paravistis. - Superest ut gratias Vobis egam
 pro benevola, quam adhuc erga nos demonstrastis,
 voluntate, et pro variis, quae in nos contulistis,
 amicitiae officiis. Nos quidem eodem semper
 modo erga Vos, quo adhuc sumus, affecti eri-
 mus, et successus vestros salutemque vestram

ad normam ipsos pertinere existimabimus. Vigite
 res vestras quam felicissime; oide memores nostri
 imprimisque Directoris nostri, cujus opera paterna
 Saluti nostrae optime consultum fuit. Nos quidem
 laeto animo diem illum prospicimus, quo patriae
 nobisque salvi Vos, bonisque artibus aucti ornatique
 reddemini. Valite socii! Valite amici!!